



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vera Sapientia Virtute Et Tranquillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum

Eucherius <Lugdunensis>

Martinus <Bracarensis>

Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Magni P. Wigonis, Sev Gvigonis, grauissimae Considerationes, de
Tranquillitate animi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

MAGNI P. WIGONIS,
 SEV GVIGONIS,
 grauiſſimæ Consideratio-
 nes, de Tranquillita-
 te animi.

C A P. I.

*PACEM ANIMI IN
 ſola Veritate conſiſtere.*

1. **V**eritas ponenda eſt in medio, tanquam ali- quod pulchrum.
2. Nec iudices, ſi quis eam abhorret, ſed compatere. Tu verò cùm ad eam venire deſideres, cur reſpuiſi eam, cùm de tuiſ vitijſ increpariſ? Vide, quanta patiatuſ veritaſ.

Dicieſ

O. Dicitur ebrioso, ebriofus es:
I S, luxurioso, superbo, linguoso.
O. que similiter. Hoc autem ve-
rum est. Insaniunt tamen illi
protinus, & veritatem in suo
prædicatore persequuntur, &
occidunt. Vide, quantum ho-
noratur mendacium. Dicitur
IN pessimis, & vitiorum om-
nium seruis: *Boni Domini.*
Placantur, gaudent, & men-
st in daciū ipsum in ita loquen-
ali- te venerantur. Sine aspectu &
eam decore, crucique affixa, ad-
Tu oranda est Veritas. Quantò
de- quæque creatura nobilior
cum est, & potentior, tantò liben-
Vi- tius subditur Veritati: imò
itas, hinc potens & nobilis, quia
icie subditur ei,
3. Pun-

3. Pungunt te temporalia: cur ergò non fugis ad alia, id est, ad Veritatem? Ideò, ultra omnia aduersa, amara nobis est Veritas, quia singulæ aduersitates, singulas, aut plures oppugnant voluptates. Veritas autem simul omnes calumniatur. Si colores omnes, & cetera, quæ per oculos experiri licet, esses expertus, aut ab alijs sensibus corporis sis expertus: si rumores omnes, aut recitares, aut audires, quæ utilitas? Sic nec in ijs, quæ expertus es, vel audiuisti.

4. Neminem odisse potes, nisi tuâ iniquitate. Nam etiam

iam iniquis optare bonum, sanctorum est. Veritatem tantum & pacem, quæ ex eâ procedit, amore oportet. Minister veritatis, amet, quod ministrat, & cui ministratur. Et cum id ipsum ab alio ministratur sibi, cum gratia sum actione suscipiat, tanquam id, quod amat. Charitas sit tibi causa dicendi veritatem, tanquam medendi. Quod si quis etiam non recipit, aut compateris ei, aut non eum diligis; aut id, quod spernit, vile ducis; tanquam si respuat æger salubrem medicinam.

Veritatem, sine fine pax sequitur, communis cum Angelis

I

ment

mendacium, labor & dolor,
com̄unis cum diabolo. Non
defenditur Veritas, sed de-
fendit. Non illa te, sed tu illa
indiges.

5. Amara & insuavis est
Veritas generi tuo nimis val-
dè, non suo, sed eorum vitio;
sicut lux fulgens infirmis o-
culis. Vide ergò, ne tu eam
amariorem facias, dum non
eam, sicut debes, dicis, id est,
ex charitate. Sicut enim pius
medicus, qui salubrem & a-
maram ægro dat potionem,
linit orā vasis melle: vt quod,
dum est dulce, libenter su-
mitur, etiam quod salubre
est, hiatu facilè capiatur. Pro-
desse

desse autem hominibus, tuū
officium totum. Si dicis ve-
ritatem, non amore Verita-
tis, sed desiderio lædendi a-
lium, non præmium dicentis
Veritatem, sed poenam con-
uitiatoris assequeris. Vide,
quantū supplicij passurus es,
cū lux vera perfectè osten-
derit te tibi: si tantūm cru-
ciatur, cui vno verbo aliquid
malorum suorum ostendis.
Tunc enim patebunt consilia
cordium. Æqualiter peccas,
cum, vel alium vituperas, vel
ab alio vituperaris; in vtróq;
enim Veritatem, aut pro ma-
lo recipis, aut pro malo irro-
gas. Qui ergò te flagellare

voluerit, vitam tuam, id est, veritatem arripiat: per illam te cædat & cruciet.

6. Veritas est vita, & salus æterna. Debes ergò compati ei, cui displicet. In tantum enim est mortuus, & perditus. Tu autem peruersus non ei diceres Veritatem, nisi putares amaram illi esse, atque intolerabilem. Ex te enim metiris alios. Sed hoc pessimum est, quando, vt placeas hominibus, dicis Veritatem, quam diligunt, & mirantur: sicut diceres mendacia, aut adulationes. Non ergo, vel quia displicet, vel quia placet, dicenda est veritas, sed vt pro-

fit.

fit. Silenda est autem tantum
ne noceat; sicut lux infirmis
oculis. Panis, id est, Veritas
confirmat cor hominis, ne
succumbat corporum formis.
Beatus, cuius mens solum-
modo cognitione, & amore
veritatis mouetur, siue affici-
tur; corpus verò ab ipsa tan-
tummodò mente. Ita enim
& corpus à solâ veritate mo-
uetur. Si enim nullus in
mente motus, nisi veritatis;
nullus in corpore, nisi men-
tis: Nullus quoque in corpo-
re esset, nisi veritatis; id est,
Dei.

7. Propter pacem facis o-
mnia, ad quam iter est per so-

lam veritatem : quæ est ad-
uersarius tuus in hac vita.
Ergo aut illam tibi, aut te illi
subijce. Non enim aliud tibi
restat. Aduersitas monet pa-
cem desiderare. Tu autem
cæcatus id desideras, quod
dum amas atque desideras,
impossibile omnino est, te
pacem habere. Cur habes in
te id, quod in alio ita displice-
cet; id est, ira? Irasceris ergo,
quia ille irascitur. Imo iam
tibi irascere, quia irasceris:
si ira ipsa tibi verè displice-
ret, non admitteres eam, sed
fugeres. Quod fit tantum-
modo, tenendo pacem. Non glo-
riatur Lacus, quòd abundet
aquâ:

aquâ: de fonte enim est. Sic
de tua pace. Semper enim
aliud aliquid est causa pacis.
Tanto ergo infirmior & fal-
laciôr est pax tua, quanto
mutabilius est id, vnde ori-
tur. Quàm vilis est ergo, cùm
oritur ex iucunditate huma-
næ faciei? Tutus appetit esse
omnis homo. Quod tanto
minus est, quanto magis po-
test inquietari. Tanto verò
magis potest inquietari, quã-
to sunt paratiora habere se-
aliter, quàm vult, ea quæ di-
ligit. Dicat ergo aliquis ho-
minum tibi; Ego tibi malum
faciam: Ego tibi pacem au-
feram. Cogitabo quippe de

te malum, aut dicam. Ecce
quàm paratus es mortificari
& turbari. Non sint tempo-
ralia causa pacis tuæ: tam vi-
lis enim, & tam fragilis erit,
quàm illa. Hæc pax tibi com-
munis erit cum brutis: tua sit
cum Angelis, id est, quæ de
veritate procedit. Quicquid
ob pacem, & beatitudinem
tenueras, & amaueras, con-
temne, nisi pacem & beati-
tudinem omnino vis perde-
re. Pax est bonum illius ani-
mi, in quo ipsa est. Propter
seipsam igitur appetenda est,
tanquam bonus sapor. Tan-
ta sit in te, vt & malos non
excludas. *Non turbetur cor*

Tranquillitate animi. 145

vestrum, neque formidet; Sab-
batum est verum. Hoc cele-
brat, qui nec illicitur, nec co-
gitur: hic habet se in potesta-
te, hic potest de se Eleemosy-
nam facere: vt sicut alijs vi-
derit expedire, iratus fit aut
placatus. Amor temporalis
pacis, necessariò parit inquie-
tudinem mentis. Qui ergo
habet hanc pacem & amat,
necessariò caret pace. Si ma-
leficientibus tibi non inui-
deas, erit tibi pax cum eis. Si-
cut per similitudinem, & pa-
cem consistunt, ità per dissi-
militudinem & discor-
diam cuncta in-
tereunt.

I 5

C A P.

ERROREM AGNO.

*scendum esse Veritatem
querenti.*

I. **I**nitium redeundi ad veritatem, est, displicere sibi in falsitate. Emendationem præcedit vituperatio. Non enim libet mutare, nisi quod displicet. Quia ergo semper indiges mutari, semper indiges tibi displicere. In omni cura, quam pro salute tua geris, non est vllum officium vel medicamentum vtilius tibi, quàm te ipsum vituperare atque contemnere. Quicunque ergo hoc facit,
ad-

Tranquillitate animi. 147

adiutor est tuus. Hoc enim agit quod tu agebas, aut agere debuisti, ut saluus fieres. Ideo tibi places, quia nihil te boni à te habere non intelligis. A te tibi nil, nisi malum. Nullas ergo tibi grates debes. Malum omne à te tibi est. Poenas itaque magnas pro vindicta debes. Facile est iter ad Deum, quoniam exonerando itur. Effet autem graue, si onerando iretur. In tantum ergo te exonera, ut dimissis omnibus, te ipsum abneget. Qui se vilem esse nouit, vituperationes suas, tanquam suas sententias, quietus suscipit, & humilis. Laudes

des

des verò respuit, tanquam
non suas sententias.

2. Cùm aliquis de te ma-
lum dicit, si non est ita, eidem
nocet, non tibi: sicut si vocet
aurum stercus, quid auro no-
cuit? si verum est, quod dici-
tur de te malū, doceris, quid
caueas. Qui autem quod bo-
num est, dicit, non ei quem
laudat, sed sibi ipsi prodest.
Cùm verò bonum tibi de te
dicitur, vt quid rumores,
quos tu melius nosti, narran-
tur? Tu te solum vitupera.
Sua vitia quisque fugiat; nam
aliena non nocebunt. Conti-
num mendacium est habi-
tus tuus, & corona tua: quo-
niam

Tranquillitate animi. 149

niam quod deest significant.
Cùm aliquis dolet se commi-
fisse furtum, ob natum sibi
inde opprobrium; non eum
pœnitet furti, sed dolet op-
probriū incurrisse. Nec hor-
ret, aut malum ducit pecca-
re, sed puniri. Iustis autem
non aliud est peccare, & a-
liud puniri. Ipsum nimirum
peccatum atrocissimam pœ-
nam ducunt: Et ideo nullam
iniquitatem impunitam pos-
se esse: eo quòd iniquitas
peccati magna pœna sit, ni-
hilque peius ea cuique va-
leat irrogari. Et idcirco ipsam
præ omnibus malis cauendā
ac fugiendam censent, etiam
si

si

si nihil aliud mali eam sequatur. Si quem odisse debes, neminem ita ut te. Nemo enim tantum nocuit tibi. Si nihil melioratur, nisi prius vituperatum; tunc qui non vult vituperari, non vult utique meliorari. Scriptum est enim; *Qui odit increpationes, insipiens est: Qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.*

3. Nullus Publicano esse poterat ad salutem reditus, nisi humiliter confessus fuisset, quod ei Phariseus superbe improperarat. Hoc solo iustus es, si ob peccata tua re damnandum agnoscas, & dicas.

Tranquillitate animi. 151

cas. Si iustum te dicis, mendax es, & à Domino, veritate damnaris, vt contrarius ei. Dic te peccatorem, vt verax Domino, libereris veritate. Magnorum est, pro confitentibus intercedere, vt eis ignoscatur. Maiorum autem, pro his etiã supplicare benignè, qui nondum suum recognoscunt reatũ, vt cognoscant; & pro his, qui, aut quia'erubescunt, aut quia amant reatum suum, non confitentur, vt confiteantur.

4. Omnis anima rationalis volens vlcisci se, hoc irrogat alteri, quod sibi ipsi metuit, & abhorret, & malum ducit,

ducit. Nihil autem libentius
ad vlciscendum se, quam Ve-
ritatem arripit: Nec vllum
malum venenatiore mente
infligit. Ergo nil sibi magis
abhorret fieri, quam verita-
tem dici. Hoc quippe aduer-
sarius de alio dicit, quod si is,
cui dicitur, humiliter reco-
gnoscat, salutem mereatur æ-
ternam. Qui enim adulte-
rum, adulterum vocat, hoc
ei dicit pro malo, quod ipse
pro salute sua fateri debet
gratis. Libenter ergo hoc re-
cipiat; nec qua intentione,
sed quid sibi dicatur, atten-
dat.

s. Qui non videri, sed esse

ve.

Tranquillitate animi. 153

verax veraciter diligit; nec
videri, sed esse mendax vera-
citer metuit. Statim vt se
mentitum aduertit, sibi con-
tradicit, nec ab hoc vlla eum,
vel impropria, vel damna
reuocant. Mavult enim ve-
rax mori, quàm mendax vi-
uere; si tamen viuit mendax,
cùm scriptum sit: *Os, quod
mentitur, occidit animam.* Hoc
quod vis abscondere, id est,
peccatum tuum, improba; &
iam non erit, quod abscon-
dere debeas. Delere enim il-
lud potes, abscondere non
potes. *Nihil enim opertum,
quod non reueletur; nec occul-
tum, quod non sciatur.* Quare

K

ergo

ergo morbum mauiſ celare,
quã fanare? Quomodo mor-
bos tui corporis libenter alijs,
vt compatiantur, oſtendis;
& ſi nolunt credere, miſe-
rum te habes, augeturque
dolor, ſed & irasceris: Et ita
de animæ ægritudinibus ipſis
facito.

C A P. III.

*VOLVPTATI CO R-
poris veri nihil in eſſe.*

I. **V** Ide duas experientias,
ingestionis, & egeſtio-
nis, quid te magis bea-
tificet, quod per hanc, an
quod per illam experiris. Illa
onerat inutilibus, hæc ex-
onerat.

onerat. Quid proſit vtrum-
que, circumſpice. Hoc eſt to-
tum deuorâſſe, expertū eſſe.
Nil vltra ſpei remanet. Sic in
omnibus ſenſualibus. Vide
ergò quid beatitudinis om-
nia huiusmodi, ſiue in ſpe,
ſiue in re, in te effecerint: &
ſic cogita de futuris. Cogita,
inquam, proſpera præterita,
& ſic futura iudica. Quæ ſpe-
ras, peritura ſunt omnia. Et
tu quid poſthæc? Aliquid a-
ma, & ſpera, quod non tran-
ſeat. Pingi vis ligna colori-
bus, igne conſumenda: cūm
ea quæ conſumis, vis eſſe de-
cora, ſeu cibos, ſeu veſtimen-
ta. Veſtibus indiges contra-

frigus, non colore illo, vel illo; sic cibo contra famem, non sapore illo, aut illo.

2. Voluptas bestialis ex sensibus carnis; Diabolica verò, omnis fastus, & inuidiæ, & fallaciæ; Philosophica verò, nosse creaturam; Angelica, nosse, & amare Deum. Quæ in transitorijs plus delectant, hæc magis mortifera sunt. Eadem, aut peior, est stultitia, genua flectere his, quæ tu feceris; & animum inclinare, his, quæ destruis; id est, saporibus, vel alijs sensibilibus. *De regionibus congregavit eos, à saporibus scilicet, & odoribus, & carneis tactibus eruens*

Tranquillitate animi. 157

ruens animos sanctos, in se
colligit. Ita conantur homi-
nes facere veram voluptatē,
siue beatitudinem; quasi aut
nulla sit, aut fieri possit; cū
ipsa sola sit, fieri verò nullo-
modo possit. Idem autem est,
facere sibi beatitudinem, &
Deum; & putare non esse
beatitudinem, & non esse
Deum. Vide, si omnes homi-
nes dimissis omnibus alijs re-
bus, quibus intendunt, vni
tantūm colori, aut saporis ex
toto intendant, quā miserī
fædi, stulti erunt. Sic sunt &
modò, cū tam multis ac di-
uersis rerum qualitatibus in-
tendunt. Non enim magis

K 3

plu-

plures, aut vniuersæ creaturæ Deus noster, aut nostra salus sunt, quàm vna quæque earum.

3. Cùm gaudemus vnde & bruta, id est, de luxuriâ, vt canes; de voracitate, vt porci, & cetera: anima nostra fit similis animabus illorum, & non horremus. Ego autem mallet corpus habere canis, quàm animam. Et tamen si corpus nostrum, in tantam canini corporis transiret similitudinem, in quantum animæ caninæ similitudinem anima nostra per luxuriam transit: quis nos ferret? quis non horreret? melius

melius autem, ac tolerabilius esset, corpus nostrum in bestiam commutari, anima in suâ dignitate, id est, Dei imagine permanente; quàm corpore manente humano, animam fieri bestialē. Hæc-que mutatio tanto est horribilior, magisque deplenda, quanto anima præeminet corpori. Vnde David: *nolite fieri, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Non enim de corporis hoc similitudine, ne sit ridiculum, dici putandum est. Coaptare aliquid sicut cibum aut potum, tantummodo vt plus delectet, Diabolo cooperari est,

in perniciem nostram, & accuere gladium; quo facilius & altius nostra possit viscera penetrare. Quanto enim his amplius delectamur, tanto grauius, ac profundius vulneramur.

C A P. I V.

HOMINVM CVPIDitate vanos timores & curas oriri.

I. **S** Ponte se implicat homo corporum ac vanitatis amori, sed velit nolit, cruciatur timore ac dolore pro eorum interitu, siue cum auferuntur ipsa corpora, siue cum ipse vituperatur. Amor enim

Tranquillitate animi. 161

enim periturorum est, quasi fons timorum inutilium, & dolorum, ac sollicitudinum uniuersarum. *Pauperem ergo à potente liberat Dominus*, soluendo eum à vinculo mundani amoris. Qui enim nil periturum diligit, vbi à quolibet potente lædatur non habet: Et omnino inuiolabilis est, quia sola inuiolabilia, sicut diligenda sunt, diligit.

2. Si omnes capillos capitis tui abscindat quis, non te lædet, nisi cum eos, qui capiti adhærent, tetigerit. Sic te non lædent, nisi ea, quæ per concupiscentiam in te fixere radices, quis tangat. Quæ quò

plura fuerint, & magis amata, eo plures, ac vehementiores dolores parient. Aut extingue penitus concupiscentiam, aut para te ad conturbandum; id est, ad timendum & dolendum, vnde non debes. Anima humana tam diu in se cruciatur, quam diu potest cruciari; id est, quam diu aliquid amat, præter Deum. Deum enim amittere nequit nolens. Dimittere ergo eum potest, non amittere. Nemo enim læditur, nisi à se ipso.

3. Quot rerum amoribus, quæ tibi, vel quibus tu periturus eras, te dominus liberauit, à totidem de tristitiæ timori

moribus & doloribus absoluit. Dum corporum species, vel formæ, quibus tibi adhærentibus fœdaris, pereunt (tanquam syllabæ suis temporibus, Deo modulante) cruciaris. Eraditur enim, quæ increuerit rubigo. Nil tibi laboriosius quàm non laborare; id est, contemnere omnia, vnde labores oriuntur: vniuersa scilicet mutabilia. Vide quanta turba generis tui pro mundo laborauit, & non solum non sunt adepti: sed insuper se ipsos amiserunt. Tu autem si studueris, plus acquires sine vlla comparatione, quàm est id, propter quod

omnes laborant, aut laborauerunt. Turbatio animi stulta, ipsa est misera. Hæc fere semper fit in te, cum causas mortis tuæ, id est, ea, quibus malè adhærebas, corrumpit Deus, vt ea deserens viuas.

3. Ancillam diligis turpiter, id est, creaturam: ideo tantum cruciaris, cum dominus eius, id est, Deus tuus, agit de ea, quod bene vult. Vni ex syllabis magni carminis adhæsisti: rides, turbaris, cum canendo procedit cantor sapientissimus. Subtrahitur enim tibi syllaba, quam solam amabas, & succedunt aliæ ordine suo. Non enim
canit

canit tibi soli, nec tuæ voluntati, sed suæ. Quæ autem succedunt syllabæ, ob hoc tibi contrariæ sunt, quia impellunt eam; quam malè amabas. Quod syllaba in Carmine, hoc loci aut temporis obtinet vna quæque res in mundi decursu. Ideo ergo cruciaris, quia deterioribus inhæstisti, quæ suo ordine transeunt in Carmine, tanquam syllabæ.

4. Hæc omnia quæ dicuntur aduersa, non sunt aduersa, nisi malis, id est, amanti-
bus creaturam pro creatore. Si ille, aut ille laboraret tantum propter Deum, quantū

K 7 labo-

laborat propter mundum, festum eius natale, tanquam martyris ageretur. Sicut ex glacie frigus, ita ex temporalium amore timor inutilis animam inuadit, & cæterę miserię. Remoue à te vniuersa, quę tibi timendi causa sunt, sicut quę frigoris. Remoue dico, non à loco, sed ab animo. Non est enim timendũ, nisi quod potest, & quod expedit vitari; id est, peccatum. Quidquid autem vitari expedit, vitari & potest, adiuuante Deo; id est, iniquitas.

5. Vide, quàm sis in potestate hominum, ad turbandum, & cruciandum. Quam
facio

facile est eis vituperare te
verbis, aut cogitationis opi-
nionem, tam facile est pertur-
bare. Quid ergo? Si displices
eis, perturbaris. Ergo in eo-
rum es potestate. Siue quis
hæc faciat, siue non: tu ta-
mē ita ex præparatione men-
tis expositus es. Si in bono
displices eis, ipsis hoc nocet,
non tibi. Labora ergo tunc
mutare corda eorum, non
bonum tuum. Si in malo di-
splices eis, non ipsum displi-
cere tibi nocet; imò prodest:
sed ipsum malum tuum. Di-
cunt Martyres Deo, *propter*
te mortificamur tota die: Tu
quibuslibet vilitatibus, *pro-*
pter

pter vos conturbor totâ die. Restrige te, & collige vndique, ne fortè volubilitas mutabilium inueniat te in ipsis, & crucieris.

6. Quod aliquo modo cruciaris, siue timendo, siue irascendo, siue odiendo, siue quolibet modo dolendo, tibi tantummodo imputa, id est, concupiscentiæ tuæ, ignorantia, vel torpori. Quod si quis vult te lædere, eius imputa concupiscentiæ. Læsura tua & dolor, indicium est peccati tui: Amâsse te scilicet læsibile aliquid, Deo dimisso. Læsis spectaculis doles. Tibi & errori tuo hoc imputa, quia

quia læsibilibus inhæfisti. Nā in tantum consuevit homo malum omne in aliud intorquere, vt si aut in lapidem offenderit, aut igne adustus fuerit, ipsas Dei creaturas culpā ac maledicere audeat; (quæ, nisi hoc facerent, tanquam inualidæ, atque emortuæ, meritò culpārentur) & non potiùs suæ debilitatis lugere miseriam. Vide quomodo, tanquam mare, tam innumerabilium formarū corporearum, & animorum humanorum nunquam in eodem statu permanentium, nunquam finis quiescere.

7. Quamuis sciat nutrix,
par-

paruulū accepto passere lætaturum: timet tamen sum-
mopere, ne accipiat; ac tanto
magis, quanto magis eundem
inde lætaturum existimat.
Certè omnes homines, & se,
& quos amant, gaudere o-
ptant. Cur ergò id nutrix
puero, non solùm non optat,
sed insuper tanquam magnū
malū, ne habeat cauet? Cer-
tè vult eum gaudere. Cur er-
gò, & vnde gauisurum scit,
subtrahit? Cur, nisi quia fu-
turam tristitiam attendit, cuius
esse causam istam nouit
lætitiā? scit enim profecto,
tanta posthæc grauio-
rem tristitiam animum pueri

subi-

subiturā, quanto vehementius gaudium tale præcesserit; ex quantitate præsentis utriusque lætitiæ, futuræ tristitiæ metiens magnitudinem.

In quo facto quid aliud mulier ista suggerit esse faciendum, nisi omnia illa gaudia, quæ subsequuntur lamenta, tanquam pestem, venenūmque vitanda? Nec attendendum, quid suauitatis habeant in præsentibus dum adsunt: sed quid amaritudinis generent in nobis, cum abeunt. Talia sunt omnia temporalia gaudia. Cur non ergò Vineam possidendam, pratum, domū spatiosam, agrum; Cur non aurum

aurum argentumque; curnō
opinionēs hominū laudes-
que, ac cetera similia, eādē
causā prouida cautela deui-
tem? O quis dabit decrepito
puero, & tamen stulto, id est,
humano generi toto orbe
diffuso, quandam magnam,
quandam sapientissimā Nu-
tricem, quæ tali curâ, ac soli-
citudine subtrahat, vel reuo-
cet eum à gaudijs, quæ futu-
rorum semina sunt dolorum?
sed vnde tantus in toto orbe
gemitus fletuum, nisi quia
hæc nutrix pijsissima, ac poten-
tissima nunquam cessat, siue
per semetipsam, seu aliter
humano generi, causas dolo-
rum,

rum, id est temporalia, tanquam passerem puero, auferre, aut non dare.

C A P. V.

*RES CADUCAS VANIS
desiderijs appeti.*

I. **D**Vobis modis, cum
duæ res sunt æquales,
potest hæc maior illa
feri; aut suo proprio augmē-
to, aut socię detrimento. Hoc
posteriore modo, principes,
& potestates seculi, aut gau-
dent, aut nituntur ceteris o-
mnibus esse maiores: eorum,
videlicet deiectione, & de-
trimento; non sua, id est, cor-
poris, aut animi sui erectio-
L ne,

ne, aut augmento: neque enim, aut corpora eorum, aut mentes vlllo modo meliorantur, sed videntur sibi profecisse, & creuisse, quia illi defecerunt, & decreuerunt. Quod si ita omnia diminuta essent, vt in nihilum redacta essent: in quo cresceret ex hoc anima, vel corpus tuum?

2. Sicut qui vult lateres, plateam præparat, vbi eos interim ponat, non vtique ibi remansuros; sed cùm exsiccati fuerint, aliò transferendos; Et ita platea illa nullis specialiter lateribus parata est, sed omnibus æqualiter, qui faciendi sunt: ita hunc locū
huma-

humanæ habitationis crean-
dis hominibus, & aliò, per-
acto suo tempore, transferen-
dis, fecit Deus. Et sicut figu-
lus aufert, vt recenter facti in
eorum succedant locum: ita
Deus morte, tanquam trans-
latione, priorum, successuris
præparat locum. Stultus er-
gò, & insanus est, qui in pla-
teâ cordis amore inhæret, ac
non potiùs, quò sit transfe-
rendus hinc, semper sollicitus
meditatur. Nec iniustum, aut
austerum videri lateribus de-
bet, cùm hinc transferuntur;
nimirum cùm hâc intentione
positi fuerint. Neque videbi-
tur, nisi his, qui se hinc neces-

sariò transferendos non cogitant, qui commune & nulli proprium, sed innumerabilibus futuris communiter deputatum, insana cupiditate, tanquam suum vendicatum proprium. Vide in hâc eâdem re aliam insaniam, nihilo minorem. Cùm enim hi lateres ferè omnes eiusdè sint quantitatis; vix tamen eorum vltimus, vnius tantùm spatio contentus est: imò eiectus, aut confractus, qui potest esse multorum laterum, vni sibi vendicat locum.

3. Quid tibi videtur de eo, qui totam intentionem suâ, & tempus impendit ad fula-

cien-

ciendam aliquam domum, quam fulciri est impossibile ex his rebus, ex quibus nil omninò fulciri potest; vel si possit, ipsæ futuræ indigent totidem futuris alijs, quorū ipsa domus, quæ ex his fulcienda est: & illæ futuræ totidem, & ita in infinitum? Vita hæc, domus: fultor, tu: futuræ, temporalia, quæ nunquam in eodē statu permanent, & nec fulcire, nec fulciri omninò possunt. Longam tentationem petit, qui longam vitam petit. Tentatio est enim vita hominis super terram. Quod in suis amicis, vel parentibus non

L 3

ama-

amavit Deus, id est, potentiam, nobilitatem, diuitias, honores; non ames tu in tuis.

4. Laqueos comedis, bibis, vestis, dormis: omnia laqueus. Exsul es amore, voluptate, affectu, non loco. Exsul es in Regione corruptionis, passionum, tenebrarum, ignorantiae, malorum amorum, & odiorum. Quantum diligis te, id est, hanc vitam temporalem; tantum diligas transitoria, sine quibus esse non potes, necesse est. Et quantum spernis hanc vitam, tantum & eius fomenta. Graue est tibi, hoc, vel illud amisisse. Ne quaeras ergo amittere.

Quaer

Quærit enim amittere, quis-
quis ea diligit, & acquirit,
quæ retineri non valent. Om-
nis miseria in hoc est. Om-
nes amant aliquid princi-
paliter, vbi semper intentio-
nem habent fixam. Tu verò
quid? Ecce omnes, quasi the-
sauo inuento, arreptis mun-
di partibus singulis, singuli
intendunt, aut certè inter
plures scinduntur: ac si canis,
inter duo frustra carnis posi-
tus, ignoret, cui potissimum
appropinquet, alterum ti-
mens amittere.

§. Si hæc, in quibus con-
fidis, aut delectaris, facerent
hoc in semetipsis, irrideres

tanquam stulta : imò lugeres,
tanquam perdita. Et si om-
nes ita insaniunt : nunquid
bonum est tibi insanire ? Si
te ipsum tam immundum to-
leras : cur non quemlibet a-
lium ? Quot ea, quæ diligis
casibus subiacent ; totidem &
animus tuus. Qui hoc amat,
quod amandum non est, mi-
ser est, & stultus, etiamsi nun-
quã vel ipse, vel illud pereat.
Nunquid enim Idololatra
propter hoc tantùm miser
est, quia periturum est, quod
adorat ? Ergò non esset miser,
si illud non periret ? Certè
manente Idolo eius, miserri-
mus est adorator ; licet inco-
lumis

lumis corpore, & temporali-
bus bonis plenus.

6. Non te faciunt aduersa
miserum; sed ostendunt fuiſ-
ſe, & docent. Prosperitates
verò excæcant animum, te-
gendo & augendo miseriam,
non auferendo. Vide quo-
modo capiatur anima rebus
corporeis, & capta crucietur:
vtpote in puero. Capitur e-
nim viſo paſſere: quem cùm
acceperit, ſubiacet tot caſi-
bus, quot paſſer ipſe. Quo-
modo autem eſt tuta, priuſ-
quam talibus capiatur? ea
enim quæ placent, tenent il-
lam, vt poſſit aduerſis mul-
ctari. Datâ naue, flatibus fe-

L 5 reba-

rebamur, ad gaudendum, seu
dolendum, alternatione oc-
cursantium formarum.

7. Quomodo homo non
glorietur, aut superbiat de
fortitudine, vel pulchritudi-
ne, quando de infirmitate,
vel turpitudine, gloriatur?
Gloriatur enim, si vehatur
equo, aut eius turpitudine pan-
norum decore veletur: cum
potius gloriari posse videre-
tur, si equum suam ipse virtute
portaret, aut certe eo non in-
digeret; & fulgore suo vestes
ipse decoraret, aut earum sal-
tem decore non indigeret.
Hæc enim, & his similia, in-
digentiam eius, ac turpitudi-
nem

nem proestantur. Quàm libenter ostentaret homo pulchritudinem suam, si haberet, qui tam libenter ostentat alienam? videlicet in vestibus, siue pelliceis, siue cuiuslibet modi. Non minus dolendum est pro eo, qui gaudet temporalium adeptione, quàm qui amissione dolet.

Uterque enim feбри vexatur, id est, amore mundi.

C A P.

*VANVM ESSE, LAV-
dem appetere.*

I. **S**I bene scires naturam,
ac potentiam humanæ
opinionis, vel fauoris,
nunquam vel exiguè pro eis
laborares, aut gauderes, aut
contristareris. Nil enim pro-
sunt, cui impenduntur: sicut
colores, & ceteræ forme, cor-
pora, vel res, quibus insunt,
deturpant quidem, sed ipsis
nil prosunt, aut obsunt. Quid
enim profuit Soli, aut Lunæ,
quòd eos pagani Deos puta-
uerunt? aut quid eis, quòd tu
eos creaturas esse cognoscis,
obest?

obest? Quod si etiam sterco-
ra eos esse putares: quid eis
noceret? Quare, sicut natu-
ram, & potentiam illius, aut
illius herbæ, siue ligni; Ita,
laudis, & opinionum scruta-
re. Facile, adiuuante Deo, id
poteris; ex cuius vnus opi-
nionibus, vel fauoribus, ce-
tera metienda sunt.

2. In hoc cognoscis, quæ
soli Deo debentur, quia ex-
hibita cuicumque rei, nil pro-
sunt: vt cognitio, amor ad
fruendum, timor, reueren-
tia, admiratio, &c. Hæc enim
eo ipso, quod ei, cui exhiben-
tur, nil prosint, ostendunt se
ei soli deberi, qui nullo eget.

Si

Si enim laudari, vel cognosci,
aut admirationi esse, prodes-
set, quis non quotidie merce-
de conduceret, tanquam o-
perarios, qui hæc sibi exhibe-
rent assiduè, vt sine intermis-
sione proficere posset? Quæ
mater filijs suis id non sine
cessatione impenderet? Quis
non vestes, prædia, iumentâ-
que, séque ipsum die, noctû-
que, bona diceret, vt sic me-
liora laudando redderet? nil
ergo ista profunt, cui impen-
duntur. Qui autem exhibet,
exhibendo deterior, aut me-
lior efficitur. Si autem amat,
aut admiratur, aut timet id,
quod debet; melior, si autem
quod

quod non debet, deterior,
utrique fit. Similiter in ceteris.

Quàm ergo pius est domi-
nus, qui nihil à nobis exi-
git, ut sibi profit: multum-
que à nobis sibi seruire repu-
tat, si quod nobis est utile,
semper agamus?

3. Sicut radicum, herba-
rum, vel cæterarum rerum
naturas; ita opinionis, fauo-
ris, laudis, vel vituperationis
expende. Amor vniuscuius-
que hominis, est omnium.
Singuli enim omnes amare
debent. Qui ergò hunc sibi
specialiter exhiberi vult, ra-
ptor est, & ideò reus contra
omnes efficitur. Ecce huic

cor-

corpori immixtus, satis miser
eras: omnibus enim eius cor-
ruptionibus vsque ad mor-
sum pulicis, vel sorūculi sub-
iacebas. Non suffecit hoc ti-
bi. Immiscuisti enim te alijs,
quasi corporibus, opinioni
hominum, admirationi, a-
mori, honori, timori, & alijs
similibus: & sicut ex corpo-
ris, ita ex horum læsione, do-
lore, afficeris. Ipsemet li-
gna, quibus combureris, tibi
adhibuisti. Læditur nempe
honor tuus, cū contemne-
ris: sic de ceteris. Ita etiam
de formis corporum cogita.
Quo te ille, aut ille vitio cō-
tempfit; eodē tu te contem-
ptum,

ptum, tanquam timidus, doluisti; scilicet superbiâ. Et quo tibi vitio abstulit, eodem tu doluisti ablata; id est, amore periturorū. Nisi contempseris, quidquid possunt homines, vel aduersando, vel adiuuando: non poteris contemnere affectus; id est, odia, & amores: quare nec opiniones bonas, aut malas.

4. Vide, quomodo vendis amorem, & ceteros affectus animi tui ad obolos, aut nummos; sicut in tabernâ vinum. Rursum attende, qualiter emas opiniones, & amores, ac ceteros affectus, siue motus humanorum animorum ad

M obolos

obolos & nummos, sicut in
tabernâ vinum. Hic homo
dedit pro laudibus omnia
sua; ille pro voluptate ven-
tris & gutturis: quis horum
peiùs operatus est? Hoc qui-
dem nescio: sed scio alterum
porcina, alterum diabolica
voluptate actum.

5. Quare vis amari ab ho-
minibus? utique ut adsint
mihi; id est, huic vitæ meæ.
Ergò quia sentis te infirmum,
& eorum violentiæ succum-
bere paratum. Quasi dicas: si
voluerint homines, moriar:
si voluerint, viuam. Quod
falsum est. Necessariò enim
morieris, siue illi velint, siue

Tranquillitate animi. 191

nolint. Quid enim ages, ut non moriaris? Ergo optas de te bona opinari homines, ut te ament, aut timeant. Ament autem, vel timeant, ut profint, vel non obsint. Econtrà metuis, vel abhorres, praua de te, vel mala opinari homines, ne oderint, aut contemnant, aut ne noceant, aut certè non profint. Hoc autem propter ipsam experientiam infirmitatis, atque debilitatis, quàm contraxisti, à Deo recedendo, & instabili- bus atque infirmis inhæren- do, & innitendo. Si enim non sentires eorum vilitatem, at- que infirmitatem, non time-

res pro eis , atque dolores. Sed times pro eis ac doles , cùm videlicet pereunt , aut auferuntur. Ergo cognoscis eorum vilitatem & infirmitatem. Qua propter nullam potes omnino excusationem prætere, quòd ea diligis, aut eis inniteris.

6. Mirum tamen valde est, alicuius rei infirmitatē sentire, & tamen inniti ei; vilitatem nosse, & amare, siue mirari. Dum ergo propterea doles, aut metuis; duo in te, quæ simul posse esse non videntur, esse demonstras, id est, & nosse te, & sentire eorum infirmitatem, ac vilitatem;

tem; & tamen amare ea, & inniti eis. Nam nisi horum alterum inesset tibi, id est, si aut non amares, aut non nosses eorum vilitatē, nullo modo doleres pro eis pereuntibus.

C A P. VII.

*VERAM LAUDEM
soli virtuti deberi.*

I. **E**Sto talis, qui lauderis: non enim bene laudatur, nisi bonus; quod non est, qui laudis cupidus est. Non ergo laudatur. Cùm ergo laudatori blandus es, iam non tuo laudatori blandus es; non enim iam tu laudaris,

M 3 daris,

daris, quippe tã vanus. Cùm dicitur, *quàm bonus, quàm iniustus!* qui hoc est, laudatur, non tu, qui non es: imò etiam vituperaris non parùm; quippe tam malus, tãmque iniustus. Laus enim iusti, iniusti est vituperatio. Ergo tua, vt iniusti. Cùm ergo laudatori iusti applaudis, tuo verissimo vituperatori applaudis; quia iniustus es. Non est enim iustus, qui se iustum putat, nec vnus diei infans.

2. Qui gaudet laudibus, perdit laudes. Si amas laudes, noli laudes sciri; hoc est, si vis laudari, ne velis laudari. Non enim potest verè laudari, qui vult

vult laudari. Ille laudatur, cuius bona iactantur. Qui autem vult laudari, non solum vacuus est vero bono, sed insuper plenus est magno, & diabolico malo; nimirum magna arrogantia. Non ergo laudatur. Iustus autem è contrario semper laudatur: Huius vituperatio nulla esse potest. Vituperatio quippe, est malorum exprobratio; quæ autem Iustus non habet, non possunt ei exprobrari: quare non potest vituperari. Vniuersaliter autem omnis Iustorum laudatio, iniustorum est vituperatio; & omnis iniustorum vi-

M 4 tupe-

tuperatio, est Iustorum vera
laudatio.

3. Cùm verò quis de bono
laudatur, non laudato, sed
laudatori prodest. Laudat te
quis propter sanctitatem,
sursum tendit: ultra te est e-
nim, quod ei placet; id est,
sanctitas. Tu verò si amas il-
lum, non tanquam cui placet
sanctitas, sed tu, deorsum
tendis. Qui dolet, aut irasci-
tur, amisso aliquo temporali,
eo ipso se dignum, qui amit-
teret, ostendit. Similiter qui
accepto conuicio irascitur,
aut dolet, eo se dignum fuisse
demonstrat. Tantum enim
vellet laudari, quantum no-
luit conuiciari, Conse

4. Contemptus, aut parui habitus doluisti? Hoc ipso contemnendum, ac parui habendum fuisse, & ideo Iure id factum demonstras. Nisi enim contemnendus, ac parui habendus fuisses, contemni, aut parui haberi nequaquam timuisses, aut doluisses. Hoc enim ipso solo, vel maximè contemnendus, & parui habendus es, quòd id times, aut doles. Prorsus non timet vilis haberi, nec contemni, nisi vilis, & contemni dignus.

CAP. VIII.

*SUI VANVM ADMI-
ratorum esse merum ido-
lum.*

I. **V**Erè colit Deum ille so-
lummodò, qui in eum
verè intendit, cum ve-
ro timoris, vel amoris hono-
ris, vel reuerentiæ, atque ad-
mirationis affectu: hic enim
solus cultus verus, & perfe-
ctus. Quicumque ergo alicui
rei, præterquam Deo, hunc
exhibet, Idololatra verus est.
Qui verò hæc vult sibi exhi-
beri, cuius, nisi diaboli, vera-
citer locum tenet, qui modis
omnibus hæc ab hominibus
cona-

conatur extorquere? Itaque omnes querelæ hominum in hoc sunt, quòd scilicet aut pereunt, aut auferuntur eis dij eorum; id est, creaturæ, quibus hunc verum, & diuinum exhibebant cultum; siue quòd talis eis non exhibetur cultus. Vide ergo, quantum adhuc in te, & in toto mundo regnet Idololatria.

2. Nulla res debet velle amari, tanquam bonum, nisi quæ eo ipso, quòd amatur, suum beatificat amatorem. Nulla autem hoc facit, nisi quæ amatore non eget: Id est, cui non prodest, nec ab alio amari, nec amare aliud.

Crudelissima igitur res est, quæ vult, vt quis in ea intentionem suam, & affectum, & spem constituat, cùm ipsa ei prodesse non possit. Hoc faciunt dæmones, qui pro Dei seruitio, suo volunt homines occupari. Clama igitur tu amatoribus tuis: Cessate iam, miseri, nunc me admirari, reuereri, vel quolibet honorare modo: quoniam ego miser, nec mihi, nec verbis auxilium vllum ferre possum; imò ego egeo vestro. Quantum in te est, omnes homines perdidisti: Interposuisti enim te inter Deum & ipsos; vt verso in te intuitu, & dimisso Deo,

Deo, te solum admirarentur,
intuerentur, atq; laudarent:
Tibiq; & eis omninò est hoc
inutile; ne dicam damnosum.

3. Nil dignius in creatu-
ris, rationabilibus mentibus,
præsertim pijs: nil vilius, cor-
ruptionibus corporum. Cum
itaque vis esse admirationi
hominibus, hâc ipsâ super-
biâ cæcatus, vide ad quàm
miseranda deueneris; vide er-
gò Iustitiam Dei. Tu enim
proposuisti te Deum, id est,
admirandum excellentissime
parti creaturarum, & ille sub-
iecit te infimæ. Tu enim vo-
luisti, & fecisti quantum in te
fuit, te ab omnibus homini-

M 7 bus

bus sciri, videri, laudari, admirationi & venerationi haberi, amari, timeri, honorari: quæ omnia ab excellentissima omnium creaturarum parte, id est, solis rationabilibus mentibus, soli Deo debentur. Iustè ergò factum est, vt, qui deum dignissimis creaturæ partibus te proponebas, quod in ea vilissimum est, vt deum acciperes: & qui ab excellentissimis, quidquid soli Deo debebatur, extorquere peruersâ usurpatione voluisti, quidquid ipse debebas soli Deo; vilissimis, id est, corruptis corporum cadaueribus, impenderes.

Nam.

Nam omnia, quæ superius
posuisti, soli Deo debita, a-
morem scilicet, & cetera,
istis exhibes toto corde. Dum
ergò vsurpas quidquid est
Dei, laudari scilicet, & cæ-
tera; amisisti quidquid est
hominis, laudare Deum, ad
quod creatus es, & cetera.
Et quia supra summum lo-
cus non est, nec infra infi-
mum, dum supra summum
tendis, infra infimum rur-
sus es. Qui enim aliquo frui-
tur, ei necessè est per amo-
rem subdatur. Tu autem
frueris infimis: ergo infra in-
fima trusus es, vbi locus nul-
lus est.

4. Ami-

4. Amicitia mundi huius, vt beatus Iacobus dicit, *inimica est Deo. Qui enim voluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituitur.* Qui autem diligit vel vnā mufcam in hoc mundo, totum mundum diligit necesse est. Totus enim ei, quam diligit rei, necessarius est. Porro quā diu amor huius mundi, tam diu inimicitiae inter Deum, & homines. Cū ergo ab eis te vis diligi, vt inimici Deo fiant, vis. Prædicas autem, vt quidquid est creatum, contemnatur, quatenus Deo reconcilientur. Nunquid ergo te solum excepturus es, di-
ctū.

cturūsq; hominibus, *Omnia*
contemnite propter Deum, præ-
ter me: ut scilicet nil sit aliud,
quod impediatur reconciliari
hominibus Deo, nisi tu; atque
ita propter te solum inimici-
tiae inter Deum & homines
perseuerent; sitque nemo sal-
uus, dum diligendo te, totum
mundum diligere coguntur,
tanquam sibi necessarium?
Aliud est autem diligere ho-
mines in mundo, vel propter
mundum; aliud in Deo, vel
propter Deum; aliud cu-
pidè, vel misericor-
diter.

C A P.

*ANIMAM RES VA.
nas amantem, fedè
prostitui.*

I. **D**icant temporalia bona: si Deus sanauerit nos à morbo corruptionis, quid ages? in ipso usu considera, in quo melior ex nobis fias, vel quid inde speres in posterum. Expertus es nos. Quid ergò? vis in nos mutari, an nos in te? quid tibi, & nobis? quid doles de transitu nostro? malumus interire, secundùm Domini voluntatem; quàm manere, secundùm tuam cupiditatem.

Nul-

A. Nullas tibi pro hoc amore
tuo referimus gratias; sed po-
tius, vt stultum, irridemus.
Cui enim potissimum obedi-
re debemus, Deo, an tibi?
Dic, si audes, nõne hoc est
verè tuum totum officium,
nos in putredines deuorando
conuertere? Hæc tua utili-
tas, hæc tua potentia, vt pec-
te nostra sanies transeat af-
fluenter: non enim facere
uales, vt maneat hoc tuum
studium. Hæc tua beatitudo,
vt nostris non careas sordi-
bus, quibus amore succum-
bis, corrumpente, & violan-
te per eas diabolo, non sine
sua voluptate magnâ, & gau-
dio

dio de tua deceptione, & interitu. Quacunque forma frueris, ea quasi masculus est tuæ menti. Cedit enim, & succumbit ei: & non ipsa tibi, sed tu ipsi conformaris, & assimilaris. Eiusdemque formæ imago remanet impressa, tanquam Simulachrum in templo suo, cui non bouem, non hircum, sed animam rationalem & corpus, id est, te ipsum totum immolas, cum ea frueris.

2. Vide, quomodo, quasi in taberna, amorem tuum, quasi venalem prostitueris, & ad mensuram munerum, pariter ipsum hominibus impen-

pendis. Nil in hac taberna accipit, qui nihil dat, aut daturus speratur: & tamen, nec quod venderes haberes, nisi tibi, nil danti, gratis esset datum desuper: recepisti ergo mercedem tuam. Euacuatio & elongatio à Deo, præparat ad concupiscendum. Qui te in te frui vult, eas à te gratias meruit, quam muscæ & pulices, tuum sugentes sanguinem. Si hæc (quibus, in mente tua impressis, admiratione & amore, qui cultus soli Deo debetur, succumbis) in aliquo angulo domus, seu sculpta, seu picta, admiratione, seu amore, seu corporis in-

N clina-

clinatione venerareris, & in-
notesceret populo, quid de
te faceret?

3. Mulier, quæ propter
hoc non fornicatur, & dese-
rit proprium virum; quia nõ
inuenit adulterum diu man-
surum, non vitat adulterium,
sed quærit diuturnum. Tu
autem ad mali cumulum
aperuisti penetralia mentis
tuæ omni transeunti, vt vel
momentaneis adulterijs fru-
ereris, quia diuturnis, vel æ-
ternis non poteras. Hæc est
prorsus prauitatis humanæ
summa, meliora se deserere,
id est, Deum; & minoribus se
intendere, fruendóque eis.

inhæ-

inhærere; id est, temporali-
bus. Scarabæus, dum super-
uolat, cuncta intuens, nil
pulchrum, aut sanum, siue
durabile eligit; sed sicubi
stercora iacent foetentia, eis
protinus insidet, spretis tot
pulchris. Ita animus tuus Cæ-
lum, terramque, & quæ in eis
magna, & pretiosa sunt, in-
tuitu peruolans, nulli adhæ-
ret; contemptisque omni-
bus, vilia multa, ac sordida,
quæ cogitanti occurrunt,
libens amplectitur. E-
rubesce ex his.

*ANIMA, QUÆ IN SUA
vanitate cupit confoueri, ni-
hil esse impudentius.*

I. **C**VM rogas Deum, vt
non auferat tibi ali-
quid, cui inhæstisti cu-
pidè; idem est, ac si mulier à
viro suo, in ipso adulterio
deprehensa, cùm debeat pe-
tere veniam criminis, roget
potiùs, ne interrumpat ei i-
pſius adulterij voluptatem.
Non satis tibi est à Deo rece-
dere, nisi ipsum ad hoc incli-
nes, vt ea, quibus corruppe-
ris fruendo, augeat, conser-
uet, & coaptet; id est, formas

cor.

corporum, sapes, & colores? Quæ est adeò impudens mulier, vt dicat viro suo: Quære mihi illum, aut illum, cuius consuetudine fruar; quia placuit mihi plus te; alioquin non quiescam? Tu tamen hoc facis viro tuo, id est, Deo, cum præter ipsum aliquid diligens, id ipsum ab eo petis. Cum dicis Deo, *da mihi hoc, aut illud*: Hoc est dicere, *da mihi, in quo te offendam, & à te fornicer*. Cum enim aliquid aliud ab eo, quàm ipsum, petis, ipsâ petitione tua scelus ei tuum, & defectionem ab eo ostendis, & nescis.

N 3

2. Mi-

2. Misericors vindicta, si sponsus sponsam suam adulteram deprehendens, ea tantum subtrahit ei, quibus ad suam turpitudinem abutebatur. Quam verò impudica, & inuerecunda est ipsa, si ad iniuriam hoc accipiat? Nulla alia ferè tibi est causa dolendi, nisi talis: id est, de subtractis libidinibus tuis. Ipsi ergo dolores tui arguunt libidines tuas ita, vt non sit opus alijs testibus. Hæc solet à sponsi oculis, quamlibet inuerecunda, & impudica, mulier abscondere: lachrymas, quas pro damnis, quæ contingunt adultero, & quas pro
iniu-

Traquillitate animi. 215

iniurijs ab adultero, sibi irato, illatis, fundit: ipsas quoque iniurias similiter, & gaudia. Vide nunc, an id saltem tu erga Deum facias; an non aperte coram eo pro damnis adulterij tui, id est, mundi huius, lugeas, & de prosperis exultes. *Frons ergo meretricis mulieris facta est tibi.*

N 4

CAP.

ANIMÆ, PER AMO-
rem inanium rerum, vim
cernende Veritatis
adimi.

I. PEnuria interioris spe-
 ctaculi, id est, Dei (non
 quòd nō in sit, sed quòd
 à te interioris lippo non vi-
 deatur) facit, vt à tuis inte-
 rioribus foras libenter exeas;
 imò in te, tanquam in tene-
 bris, nequeas commorari, &
 exterioribus corporum for-
 mis, seu opinionibus homi-
 num vaces; in earum admi-
 ratione defixus. Nec imputes
 formis corporeis, quòd te,
 aut

aut deminent aut terrent, siue aliquo modo mouent; sed tuę cæcitati, atque à summo bono vacuitati.

2. Vide, quantum te ipsum ignores. Nulla est enim regio tam remota. & ignota tibi, de quâ faciliùs credas falsa narranti. Aliquando malum displicet, sine mercede boni: velut si duo velint, in domo vnâ, propriam exercere superbè voluntatem: vterque malum vult. Horum si alterutrum sibi displiceant voluntates, non odio superbix fit, sed amore. Odit enim illius superbiam hic, qui amat suâ, quæ impeditur ab illo. Hic

laqueus est valdè occultus.
3. Ita te habes in hoc mundo, quasi ad spectandum, & mirandum formas corporum huc adueneris. Si spectaculis interioribus nō careres, nunquam ad exteriora exires, siue vacares. Sicut in fabula, puella defecit intuenso solem: Ita es tu ad necessariò perituras corporum formas, & opiniones humanas. Hoc spectaculum nullius oculis in hac vitâ, nisi Dei maximè, & tuis pro captu tuo patet: quâ videlicet corporibus, & eorum formis, vel opinionibus humanis, & fauoribus superferatur animus tuus, aut subiaceat,

iaceat. Vide, quomodo auer-
sus à Deo intrâsti in hunc
mundum, inhiantē ore ad
omnia, præter ipsum.

C A P. XII.

*VANITATE ABRE-
ptum nescire, quid sibi sit
utile.*

I. **B**Eatus, qui eligit, vt se-
curè laboret. Hæc est
autem secūra electio,
& labor utilis, omnibus velle
prodesse, etiam eis, qui tuo
egere non videantur auxilio.
Tanto enim hi minùs agunt,
quod expedit, quanto pro-
prijs utilitatibus videntur in-
tendere. Hæc est autem pro-
pria

pria vniuscuiusque utilitas,
omnibus velle prodesse. Hoc
autem quis intelligat? Qui er-
go propriam quærit agere
utilitatem, non solum nul-
lam suam utilitatem inuenit;
sed etiam magnum animæ
suæ detrimentum incurrit;
dum enim propriam quærit,
quæ nulla esse potest, à com-
muni repellitur; id est, à Deo.
Sicut enim omnium homi-
num vna est Natura, ita & V-
tilitas. Felix est omnis, qui
nihil vult, quod sibi pro-
fit. Potest ergò homo velle,
quod sibi, aut non pro-
fit, aut ob-
vitâ tuâ totâ, velis, quod ex-
pedit,

pedit, sicut volendum est! O
misera fors, non posse scire,
quod obest.

2. Si interrogas homines,
quare sint miseri, vtrum non
velint, quod sibi sit vtile; an
quia non habeant, quod no-
lunt: respondebunt statim,
quia nō possunt habere, quod
volunt. Hoc autem est dice-
re: illuminati quidem sumus,
& bene, quid vtile nobis sit,
nouimus, & amamus, sed in-
firmamur. Quod falsum est.
Quis enim omnium diligit a-
liquid, quod eum facere po-
test meliorem? Nil optant
homines, quod non sit vilius
ipsis. Et quomodo id, quod
me-

me-

melius, & preciosius est, ac dignius, ex deterioribus, ac vilioribus, & indignioribus potest meliorari? Heu quot sunt, qui agunt, quod volunt! quàm pauci, qui velint, quod sibi profit adeptum! Et tamen quis vnquã poterit hoc persuadere filijs Adæ? Quando credentur non amare utilitatem suam, cùm parati sint iurare, nihil se sibi mali optare; & omnia, quæ patiuntur in tot laboribus, propter suã utilitatem se tolerare? Tanquã si dicas Idololatræ, quòd non colat Deum. Statim enim infiliet, iurans se colere Deum, & quanta in cultu eius

ius

ius expendat annumerabit; ipsúmque etiam, quem colit deum, digito demonstrabit. Et tamen non colit Deum: sed errore deceptus idolum pro Deo habet. Ita homines, sine dubio, non utilitatem suam diligunt, aut volunt, sed quod errantes utilitatem suam putant. Et ideò quidquid pro re tali, aut agunt, aut patiuntur, pro utilitate se agere putant, aut pati.

3. Non autem vult, aut diligit utilitatem suam, nisi qui Deum diligit. Ipse quippe solus, tota, & sola est utilitas humanæ naturæ. Scriptum verò est: *Quoniam qui manet*

in

*in Charitate, id est, qui Deum
diligit, in Deo manet, & Deus
in eo. Talis est ergo utilitas
humana, ut eam, nisi qui ha-
bet, diligere nemo possit: &
quæ à suo dilectore non pos-
sit omninò seiungi. Hoc ergo
ipsū, quòd dicunt homines,
diligere se quidem utilitatem
suam (quis est enim, qui hoc
non sit etiã iurare paratus?)
sed eam non habere, hoc ip-
sum, inquam, testimonium
est, eos aliud diligere, non
ipsam suam utilitatem. Ni-
hil enim aliud homini faciē-
dum est, ut utilitatē suam ha-
beat, nisi diligere. Sed ipsi
homines conantur assidue fa-
cere*

Tranquillitate animi. 215

facere eam, quasi non sit; si-
cut pagani Deum. Nam si so-
lus Deus utilitas est hominū,
quo carere non potest, nisi
qui eum nequaquam diligit:
non facienda utique est, cū
sit æterna; sed tantū dili-
genda. Hoc solū prorsus est
totius miseræ nostræ causa:
quòd scilicet utilitatem, aut
non cognoscimus, aut non
amamus; aut non quantum,
vel sicut cognoscenda, &
amanda est, cogno-
scimus, & ama-
mus.

O

CAP.

C A P. XIII.

SAPIENTI PROSPERA,
& aduersa prodesse.

I. **E**Cce contristatus & conturbatus, quereris de illo, aut illo, quòd contumeliosa, & odio plena tibi dixerit verba. Doles ergò, aut talia tibi, aut talimente esse locutum. Bene omnino, si propter eius utilitatem doles. Non enim hoc ei expedit. Si autem propter te, prauè. Nil enim tam sanctum, ac bonum, tam sanctè, ac bene tibi dicere potuisset, quod esset utilius tibi, quàm hæc erunt, si bene eis vtaris.

Sine

Tranquillitate animi. 227

Siue enim bona, siue mala,
bene, vel malè dicat tibi quis,
vel faciat; talia tibi erunt,
qualiter eis vsus fueris. Sibi
autem, qui fecit, aut dixit, ta-
lia erunt, qualia ea voluntate
fecit, aut dixit. Sicut enim
mentitur iniquitas sibi tan-
tummodo, non tibi, si non
consentias, & si redarguas: ita
omnia mala facit sibi, ac di-
cit, id est, ad perniciem suã,
si piè & compatiendo non
consentias, sed redarguas. Ei
ergò, qui malum tibi fecit,
aut dixit, condolere debes,
non tibi. Cui etiam aliena
mala in bonum, si eis bene v-
taris, cedent: & in tam bo-

O 2 num,

num, quàm benè eis vtêris.
Ergò & in tantum malum,
quàm malè vteris eis: siue
mala sint, siue bona, quæ fa-
cta, vel dicta tibi sunt: *Quo-
niam diligentibus Deum omnia
cooperantur in bonum.* In tan-
tum omnia, vt etiam aliena
mala. Odientibus autem
Deum, è contrario omnia
cooperantur in malum ipso-
rum: & in tantum omnia, vt
etiam bona. Totam igitur
querelam in te ipsum, malè
vtentem, verte. Nam & si re-
verâ mala sunt, quæ facta, aut
dicta sunt tibi; tibi certè mala
esse nullo modo poterunt,
nisi eis malè vtaris. sic nec bo-
na,

na, bona, nisi benè eis vsus fueris.

2. Hoc semper intuendū, quid fiat in animo tuo; nec quid, siue boni, siue mali alij faciant; sed quid tu de ipsis eorum factis facias: quomodo scilicet vtaris bonis, & malis eorum, quantumque ex eis proficias, siue fauendo, & adiuuando, siue compatiendo & emendando. Tunc enim de omnibus factis hominum bene operaris, cum nullis, eorum beneficijs illiceris ad fauorem, nullisue malefactis deterraris ab amore. Tunc enim gratis amas. Non enim est vllius meriti,

pacem habere, nisi cum ijs,
 qui eam nobiscum non ha-
 bent. Quidquid fiat tibi, dū
 modo animus tuus, nec irā,
 nec odij, nec tristitiæ, nec me-
 tus motum incurrat, neque
 horum causam, in futuro se-
 culo nil nocebit.

3. Oppone duas pilas ra-
 dio solis, vnam de argillâ, al-
 teram de cerâ; quamuis sit v-
 nus idemque radius, non ta-
 men idem in vtrâque operari
 potest, sed secundum præpa-
 rationes earum, diuersa in eis
 agit, hanc indurans, illam li-
 quans: neque enim terream
 liquare, aut ceream durare
 potest. Ita & vna metalli spe-
 cies,

Tranquillitate animi. 23 I

eies, aurum scilicet, conspe-
ctum à pluribus, diuersos in
eis, secundùm præparationē
mentium eorum, excitat mo-
tus. Alius enim accenditur
ad rapiendum, alius ad furan-
dum, alius autem ad paupe-
ribus erogandum. Qui stul-
tus est, dicit beatum eius pos-
sessorem: Qui sapiens, luget
eius amatorem. Nec in bonâ
mente malam, nec in mente
malâ bonam voluntatem ex-
citare valet: sed omnino &
hæc, & aliæ, seu corporum,
seu rerum aliarum species,
siue causæ, mentes humanas,
secundùm præparationes ea-
rundem, mouent. Et ideò to-

ta causa malitiarum nostrarum nobis ipsis imputanda est, non ipsis rebus, in quibus peccamus. Ergò nihil aliud nobis faciunt, nisi probare. Ostendunt enim quales in occulto eramus: non faciunt nos tales. Quàm enim firmo, & immobili amore sponsa sponso adhæreat, aliorum virorum probat intuitus. Si enim bene casta est, nullius alterius pulchritudine permouetur. Ita quoque tu, si firmissimo affectu adhæreres Deo, nullius creaturæ illicereris adspectu. Omnia namq; hæc tuam ergo Deum, quanta sit, probant castitatem.

CAP.

*HOMINEM REBUS
aduersis ab errore ad veri-
tatem reduci.*

I. **V**ide, quomodo te pun-
gat Deus, quocunque
extra eum extenderis,
per concupiscentiã, in crea-
turis; tanquam nutrix, pueri
brachium extentum extra
cunas, ne pereat frigore. Pro-
pitius tibi sit Deus, ne inue-
niat, vbi requiescat pes men-
tis tuæ: vt saltem coacta, ô
anima, redeas ad arcam, sicut
columba Noë. Egestas ipsa,
vel asperitas temporalis, tor-
toris vice, cogit nos bona, at-

O 5 que

que his diuersa desiderare. Sed quia nos tantum temporalibus assueti sumus, nihilque aliud nouimus, non multum diuersa ab his, quæ patimur, desideramus: Et vel iras eorū, id est, asperitates, temperamento, quasi quadam reconciliatione, ad momentum interrumpere; vel non multum diuersa ab his subire optamus.

2. O homo, qui dolorem pateris, vis eum lenire? Volo. Temporaliter, an æternaliter! æternaliter. Æternum ergo linimentum, id est, Deū desidera. Nam ideò te percussit, vt eum desideres, non her-

herbas, non ligaturas. Vna febris aufert omnia, contra quæ pugnas; id est, oblectamenta quinque sensuum. Quid restat ergò, nisi vt Deo gratias, pro collatâ victoriâ, referas? At tu contrà quæris, cui succumbas, odiens libertatem. Quæ spes est, si laqueis inimici gratis incumbis, & iaculis; si hæc non solùm non caues, sed insuper libenter amplecteris, téque illis detegis? ab illis ad illa confugis. Ea putas remedium, ea solatium, ea desideras, & abesse non pateris. Prosperitas, laqueus est; culter incidens hunc laqueum, aduersitas:

carcer amoris Dei, prosperitas; confringens hunc aries, aduersitas. Dicit tibi aduersitas; niteris, ut recedā. Quod certè nullo modo prohibere, si benè velis, poteris. Non enim possum Domino modulante manere, quippe syllaba.

3. Si erga homines pessimos, velut agnus, esse debes: quid ad Deum, cùm ab eo corripieris flagello aliquo? Vide quomodo sis, quasi in bello. Sitis torret, opponis potum. Fames cruciat, opponis escas. Frigori, vestem aut ignem. Morbis, medicinam. Contra hæc omnia opus est


pa-

patientia, & mundi contemptu; ne alio bello, quod hinc surgit, supereris, cateruis videlicet vitiorum. Quandoquidem solâ voluptate caperis, sola delectabilia sunt cavenda. Nusquam ergò secura est anima Christiana, nisi in aduersis. De his, quæ diligis, fecit tibi Deus virgas. Omnia flagella sunt, præter ipsum. Prospera fugiendo, in aduersa irruendo, cruciaris. Qui flagellum destruit, quasi filius est, qui virgam patris verberantis frangit.

4. Corpus à validioribus victum, aut impellitur, aut attrahitur: similiter voluntas.

tas. Tu verò non quod corpus vincendo moueat, sed mentem & voluntatem, cura. Væ non his, qui perdidērunt temporalia; sed his, qui perdidērunt sustententiam. Nulla enim passio superatur, nisi per se ipsam. Non enim edendo contrahitur fami, sed seruitur; sicut bibendo siti. Ad hoc enim tendunt ista, vt scilicet ad fruendum exterioribus corporum formis inclinēt animum. Quod quando fit, non superantur, sed regnant; finem suum, id est, animi inclinationem obtinentes. Omnium dolorum, & cruciatuum sola medicina est

est contemptus eorum, quæ
læsa sunt, & conuersio men-
tis ad Deum. Quot volupta-
tes carnales, & quàm vehe-
mentes spernis; totidem, &
tam validos Diaboli laqueos
deuitas. Quot tribulationes,
præsertim pro veritate, fu-
gis; totidem medicina-
lia remedia sper-
nis.



*SAPIENTEM MALOS,
quia boni fieri possunt, a quo
animo ferre.*

I. **V**ide, quomodo in spe
diligere possis frumen-
tum, in herbâ triticum
gibbosum: sic eos dilige, qui
nondum boni sunt. Talis e-
sto erga omnes, qualis erga
te veritas exstitit. Qualem te
sustinuit, & amavit, vt me-
liorem faceret; tales sustine,
& ama, vt meliores facias.
Blasphemias medicum, de-
sperando ægrotum. Tam fa-
cilis enim est eius sanitas,
quanta illius in medendo po-
te-

testas, & benignitas. Vide, ne
propter opus hominis, con-
temnas opus Dei. Opus enim
hominis homicidium est, ad-
ulterium est, & cetera simi-
lia: opus verò Dei, ipse ho-
mo. Qui diligit aliquid, sicut
domum, aut aliquid huius-
modi, materiam quoque, vn-
de illud fieri possit, amat; li-
gna scilicet, aut lapides. O-
mnis ergo, qui bonos diligit,
malos, eò quòd nunquam
aliunde boni fiant, diligat,
necesse est. Cur enim non a-
mes id, vnde potest angelus
fieri, si illud amas, vnde scy-
phus fieri possit? scriptum
namque est de hominibus,
erunt

erunt aequales Angelis Dei.

2. Quàm pulchra ars, vincere in bono malum ! Contraria enim à contrarijs superantur. Positus es, quasi signum, ad retundenda iacula inimici; id est, ad destruendum malū, oppositione boni : reddere autem malum pro malo nō debes vnquam, nisi fortè in medicinā. Quod iam non est malum pro malo, sed bonum pro malo reddere. Qui mundum amant, artem qua id, quod amant, assequantur, vel fruuntur, laboriosè addiscunt: Tu Deum vis assequi, & artem, quā acquiritur, id est, retribuere bonum

Dei. in. on. pe. si. ula. en. ba. m. m. od. na. ed. nt. af. bo. vis. ui. o. m.
num pro malo, contemnis.
Aut hinc recede, aut, propter
quod hîc positus es, age; id
est, medere, patere. Hic stul-
tus est, id est, inimicus; ille
callidus, Diabolus scilicet,
qui per hunc te impugnat.
Circa hunc blandus, vt eum
liberes, esto: contra illum
cautus.

3. Turbaris, quia ego tur-
batus sum; turbatus turba-
tum reprehendis. O pudor?
Loripedem rectus derideat,
æthiopem albus. Ego quidem
corrigar, nec amplius hoc
malum faciam. Tu autem
quid facies de hoc vitio tuo;
quo non solum mihi mederi
non

non vales, sed nec ferre salutem potes? Quare vis fratrem dimittere? Quia iracundia, & omnibus vitijs plenus est. Sic ergo faciat tibi Deus. Ex ore tuo probasti, quòd non debeas eum dimittere. Non est sanis opus medicus, sed malè habentibus. Si matrem interrogas, quare filium suum derelinquat, & responderit, quia debilis est, & ægrotus: Interroga, si id ipsum velit ipsa fieri sibi à filio: & cum dixerit, non: adde, malâ ergo causâ odisti. Sic est de medico. Non sit exactor vindictæ, qui petitor est veniæ. Site ipsum tam immundum toleras,

ras, cur non etiam quemlibet alium? Hierosolymam eant alij: Tu vsque ad patientiam, aut humilitatem. Hoc est enim te ire extra mundū; illud, intrā. Qualem erga te, Deum, & homines voluntatem habere vis, quantumcunque, aut quomocunque offendas: talem te alijs exhibe, quantumcunque, aut quomocunque delinquant.

P **C A P.**

C A P. XVI.

*VIRVM BONVM IN-
ter improbos, & innoxie
degere, & ipsis
prodesse.*

1. **L**æsa mater à filio, non
requirit in vindictam
læsuram eius, eò, quòd
hanc quoque suam deputet.
Quare si quis, eam vlcisci vo-
lens, lædat filium, non pu-
tandus est ei fecisse vindictã,
sed iterãsse læsuram. Ita de-
bet esse omnis Christianus ad
omnes homines; misereri sci-
licet desiderantis certissimas
causas doloris sui; id est, peri-
tura. Tam facilè est inter fra-
trem

trem tuum, & vitium eius discernere, quàm inter bonum, & malum. Denique viso homine, quis irascitur? quis indignatur? Viso vitio eius, quis non offenditur, nisi quis valdè sapiens & bonus, qui nôrit hoc potiùs eidem obesse, quàm cuiquam alij, ac per hoc eidem compatiendum esse? Charitate, sapientiâ, repletur frater, nec communicas: irâ, odio, furoréque repletur, nec euadere potes, quin communices. Insanus sanis indiget, vt eum vel seruent, vel curent. Quod solum à Deo tibi exhiberi desideras, id est, benignitatem,

P 2 hanc

hanc omnibus hominibus exhibe: siue flagello, siue lenitate. Quid insultas cæcis, & infirmis? Tu idipsum: aut si aliud, non per teipsum, nec à teipso.

2. Cogita, si omnes homines irâ semper, & insaniâ agerentur, quid tibi agendum esset: nunquid ideò turbari deberes? Cur ergo, cùm vnus aliquando turbatur, turbaris? Medicinam ei debes, non turbationem. Quomodo enim insania insaniendo curari potest? Cur tibi tui generis placent cruciatus? an quia iustum est? Ergò & tui Deo placeant, quia iustum est.

est. Hæc autem sententia ignibus te tradit æternis. Stultus medicus, nolens opinionem suam minuere, quidquid non bene contingit, licet culpa sua sit, ipsis tamen imputat ægris: Ita facis tu subiectis tuis. Qualem animum haberes ad omnes homines, si remotus esses ab eis, cogitans eorum peccata atque miseria: omninò saltem nunc talem habeto, cum videas oculis perire eos, aut cæcitate, aut infirmitate. Aut enim falluntur à Diabolo per temporalia, aut superantur. Horresce inscrutabilia iudicia Dei super te. Quicquid enim

es super alios, nescis, quare
ipsi non fuerint super te. Ta-
lis ergò esto ad illos, quales
vides illos esse debuisse ad te,
si essent super te.

3. Non secundùm profe-
ctum subiectorum, sed se-
cundùm desiderium tuum,
& conatum erit merces tua:
siue illi proficiant, siue non.
Cùm benè probaueris illum
esse sceleratum, erit tibi ne-
cesse, vt lugeas peccatum e-
ius: quia & Dominus luxit
tuum. Cur enim rimaris lan-
guidi morbum, si, cognito
morbo, non solùm non con-
doles, nec mederis, sed et-
iam insultas? Dum vides, vel
au-

Tranquillitate animi. 251

audis aliena mala, respice animum tuum; ut probes, quantum ei veræ dilectionis erga homines insit. Non gaudendum tibi est, si cæteris te meliorem esse contingat: sed dolendum potius, eos de bonitate minus habere; computandumque, tibi id deesse. Indue eum prius, quem iudicare vis, aut corripiere: & sicut tibi expedire senseris, si ita sis; sic ei facito. In quâ enim mensurâ mensus fueris, in eâdem remetietur tibi: & in quo iudicio iudicaueris, in eodem iudicaberis. Nam & Christus prius induit hominem; quàm

iudicaret. Non tibi conan-
dum est; vt domini tui, quo-
rum seruitio ab eorum patre,
id est, Domino Deo tuo de-
putatus es, quod tu vis, sed
quod eis proffit, agant. Te e-
nim ad eorum vtilitatem, nō
eos ad tuam voluntatem in-
clinare debes: quia non vt
præsis, sed vt profis eis, tibi
commissi sunt: sicut & æger
medico, non vt ei domine-
tur, sed potius, vt medeatur,
committitur: Nec contra æ-
grum, sed pro ægro, id est,
contra ægritudinem eius est
medicus; totamque, & suffi-
cientem vindictā pro omni-
bus, quæ ab eo patitur, salu-
tem

tem eius habet: neque enim aliquid ei imputat, sed ipsi morbo; & ideò plena est ei ultio, morbi ipsius extinctio.

4. Duobus medicis commissi fuerunt quatuor homines: sanus vnus cum ægro vno, vni; & sanus alius cum ægro alio, alij: promissaque est merces pro curâ, siue conseruandæ, siue recuperandæ sanitatis. Itaque alter eorum fecit susceptis, quicquid pro conseruandâ, vel restituendâ salute fieri debuit, & tamen mortui sunt. Alter nihil eorum, quæ fieri debuerunt, fecit; & tamen, qui sanus erat, ita mansit, & æger conualuit.

P 5

Quis

Quis horum mercede dignus est, cuius suscepti ambo mortui sunt, an is cuius viuunt, & valent? ille sine dubio, qui quod debuit fieri, piâ voluntate fecit, laude & mercede non minus dignus est, quàm si illi viuerent, & valerent. Ille verò, qui noluit facere, quod debuit, pænâ non minus dignus est, quàm si illi mortui essent. Duo ergò perficiunt medicum; voluntas bona, & perfecta scientia. Nam vt omnes, quibus curâ impendit, sanet, hoc non est eius. Non enim scire quisquâ potest, qui desperatè, vel qui cum spe salutis ægrotet. Et
ideò

ideo omnibus adhibenda est
cura, & cum omni benignita-
te, tota in singulis ars exe-
quenda. Sic enim apud pa-
trem omnium, non minus
gratiæ, & præmij pro defun-
ctis, quàm pro sanis merebi-
mur.

5. Para te ad cohibitan-
dum malis mente incorru-
pta, quod est angelicū Quæ
autem gloria est, hoc facere
cum sanctis? Angelorum vir-
tus est, viuere cum vitiosis,
nec eorum corrumpi vitijs:
summorum medicorum est,
degere cum ægris, & sanis: &
non solùm minimè corrup-
pi, sed salutem eis restituere.

C A P.

CAP. XVII.

VERITATE MAGI-
stra Deum adamari, &
homines.

I. **Q**ui fruitur aliquâ for-
mâ corporis, quod sibi
bene esse videtur ex
eâ, non sibi, sed eidem formæ
imputat: & propter hoc eam
mente laudat, & amat: nec se
bonum ducit, sed illam; se au-
tem bonum ex eâ. Nec in se-
ipso remanet, sed in illam
tendit, & transit: tanto uti-
que nisus mentis, & motu vo-
luntatis, quanto magis eam
fruendo miratur, & diligit.
Et ideò, si quis eandem for-
mam,

l-
mam, aut læserit, aut abstulerit, non ei, sed sibi iniuriam factam putat. Et quia paradysus, & beatitudo ei erat, eidē inhærere; infernus, ac miseria ei est, ab eâ separari. Ita esto tu ad Deum.

2. Si imago stercoreis ex auro fiat, melior est utique substantialiter, quàm imaginaliter. Substantialiter namque aurum, imaginaliter verò stercus erit. Si autem Angeli imago auro imprimatur, imaginaliter erit melior, quàm substantialiter. Imaginaliter enim substantia viua, spiritalis, ac rationalis: substantialiter autem corpus insensatum,

fatum, & sine vitâ. Itaque, cum mens tua corporibus mortuis, ac perituris, cum amore afficitur, melior est utique substantialiter, quàm imaginaliter. Substantialiter enim vita est rationalis, ad Dei imaginem facta: imaginaliter verò talis est, qualia sunt ea, quibus intendit ac fruitur. Cum ergò à seipsa effusa per corporis sensus, in ea intendit, à meliore profectò, id est, à substantia vivâ ac rationali, quod est ipsa, in deteriora tendit: quantoque id vehementiùs agit, tantò deterior efficitur. Cum autem

autem super seipsam effusa, veritate, id est, Deo afficitur, melior sanè & pretiosior est formaliter, quàm substantialiter. Substantialiter enim anima; formaliter autem (si dici fas est) Deus est. Ego enim dixi, *dij estis, & filij excelsi omnes.* Cùm itaque à seipsa in ipsum tendit, à de- teriore in id, quo nihil melius esse potest, tendit: quan- tòque id efficacius agit, tan- to melior efficitur.

3. Cùm appetitur bonum, quod indiget aliquo bono, non miseria excluditur, sed indigentia cumulatur, & au- getur.

getur. Ergo velis bonum,
quod non indiget alio bono.
Omnia autem bonitate bona
sunt. Igitur omnia egent bo-
nitate, vt bona sint. Bonitas
autem nullius eget: per se
enim est bona; hanc igitur
ama, & beatus eris. Vide, qua-
le est bonum, cuius vltima
vestigiorum vestigia, id est,
temporalia, tot & tantis la-
borum, & errorum discrimi-
nibus, à tot rationalibus, &
irrationalibus appetuntur.
Nil gaudendum est tibi in te
omnino, vel in alio; nisi in
Deo. Omnia vitia, & pecca-
ta, quia propter creaturam
fiunt, quasi vltimum bonum;
boni-

bonitati Creatoris aduersantur, id est, summo bono. Si tantum appetitur ventus generis nostri, id est, opinio, vel laus; quantum appetenda est salus generis nostri, Creator. Si tam dulce est, dici bonum, vt etiam, qui hoc esse nolunt, mali, hinc gaudeant; quanto est dulcius, esse! & si tam amarum, & foedum est dici malum, vt etiam, qui *letantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis*, hoc nequeant tolerare; quanto est deterius, esse!

4. Appetit aliquid creatum homo, vel inhæret ei sensu corporis, & sui obliuiscitur:

Q

scitur:

scitur: Quando tu ita ad creatorem? Beatitudinem tibi præcipit dominus; id est perfectum amorem sui: Unde venit, non formidare, nec turbari, id est, pax & securitas. Declinare à malo, sola Veritas nouit, & solus eius amor potest: Ergo non localiter declinatur à malo. Amato, quod amando carere nequeas: id est, Deum. Si adhærere Deo, totum, & solum bonum tibi est: Ergo separari ab eo, totum, & solum malum est tibi, & nihil aliud. Hoc tibi gehenna, hoc tibi infernus.

5. Ablactare amodo ab istis
cor-

corporum formis; pudeat te, non posse esse sine istis. Et quia ista, velis, nolis, quandoque es amissurus; fac modò volens, cum magnâ mercede, aut gratiâ, quod, etiam non sine magno supplicio, quandoque facturus es. Nunquid enim, etsi nullus auferat, non es hanc vitam, & omnia quæ ad illam pertinent, contempturus? Ecce habet omnia; nunquid non es his omnibus quandoque cariturus? Fac ergo modò, quod facturus es, quando omnia amiseris: id est, disce esse sine istis; disce viuere, & gaudere de Domino.

Q₂

Qui

6. Qui omnes diligit, saluabitur sine dubio: qui verò ab hominibus diligitur, non ideo saluus erit. Sicut odium tui, omnibus est impedimentum ad vitam: Ita omnium, tibi. Expedit ergo tibi, omnes diligere: Illis quoq; prodest, diligere te. Optanda est dilectio gratis; id est, propter suam dulcedinem propriam, tanquam nectar suauissimū; etiam si omnes insaniunt, nō vendenda vllâ mercede. Nobis enim utilis est, nosq; beat, quidquid alij faciant. Si amas, quia amaris, vel vt ameris; non tam amas, quàm redamas, amorem pro amore.

re

re rependens: Cambitor es,
recepisti mercedem tuam.
Erga ad eum, qui iniuriam
tibi fecit, affabilem magis, &
familiarem te exhibe: Erga
eum, cui tu fecisti, supplicem,
& erubescens. Sicut, quic-
quid boni ab hominibus fit
tibi, Dei munera aestimas, &
ei totam gratiam referendam
credis: Ita quidquid tu boni
hominibus exhibes, eius be-
neficia, non tua deputa. Cum
amas aliquem, ut amicum, o-
ptas autem ei diuitias, tan-
quam bonum; excellentius
eas amas, quam ipsum. Eum
enim ut egentem, has autem
ut sufficientiam amas, para-

Q3

tior

tior nimirum isto carere,
quàm illis.

7. Qui iniquitate sua occidit iniquum, eò quòd odio habet iniquitatem, & vult eam delere, fallitur. Mortuo enim iniquo in suâ iniquitate, æterna est iniquitas. Qui ergo odit iniquitatem, det operã, vt corrigatur iniquus; & sic peribit iniquitas eius. Caritas Deus est: qui ergo charitatem exhibet alicui, nisi propter ipsam, Deum vendit, beatitudinem suam vendit: Non enim bene illi est, nisi amando. Si caritas, & eius signa, id est, alacritas, & cetera, ita tibi, placent in alio;

alio; cur non in animo tuo multò dulcior est? Qui dat alicui aliquid, vel quia dedit, vel quia daturus est aliquid, non habet à Deo gratiam: Sic tu de pace, & dilectione.

8. Si amas tantùm, si ipso amore cogaris, obiurga, verbera: si aliter facis, te ipsum condemnas. Omnia eo animo, quo tibi à Deo vis fieri, facito alijs. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Tu autem, nec Deũ, nec proximum, nisi propter temporalia beneficia diligis.

Q 4

Per

Per temporalia ergo diffunditur in te, non per Spiritum sanctum. Non est charitas, quæ ita diffunditur; sed cupiditas. Ecce, nullum aliud est officium tuum, quàm erat antè, quàm aliorum rector fieres. Votis enim ac precibus, & affectibus agebas, quod nunc factis agere incepisti; id est, prodesse hominibus. Non autem debent opera affectus ipsos minuere, sed incitatione augere. In quacunque re, castitatem erga Deum; in eadem, poteris etiam, erga proximum tuum, iustitiam custodire. Quod fit, non concupiscendo. Difficile

ficilè credunt homines ex
charitate fieri, quod sibi mo-
lestum est.

C A P. XVIII.

ANGELOS PLENA

Veritate perfrui.

I. **C**VM qualibet re perfe-
ctè quis fruitur, sui
oblitus; se quasi dere-
lictò, & contempto, tendit in
illam; nec attendit, quid in
se, sed quid in illâ agatur; nec
qualis ipse, sed qualis ipsa sit.
Ergo Angeli magis se con-
temnunt, quàm nos. In Deũ
quippe toto nisu tendentes,
se ipsos, cum ceteris creatu-
ris, post se tota intentione,

Q 5

de-

derelinquunt : Nec saltem
respicere se se dignantur , ita
se viles ducunt. Tota se uti-
que mente contemnentes,
suique obliti , toti ad illum
vadunt : Nec quid , aut quales
ipsi , sed ipse sit , attendunt. Et
quanto se amplius contem-
nunt , seque à se ipsis auertunt,
suique obliuiscuntur ; tanto
similiores ei , & ideo meliores
fiunt.

2. Angelos ducit Christus
in amplexum sponsi sui : nos
auellit ab adultero ; id est , à
mundo. Illos fortes , & con-
stantes efficit , ad fruendum
sponso ; nos ad carendum ad-
ultero ; id est , mundo. Illos te-
net

net in specie, seu re: nos in fide, & spe. Illis perfectum, dat gaudium, in verâ beatitudine; nobis tolerantiam, in tribulatione. Illis beatam vitam, nobis autem, vt multū, preciosam mortem. Illis vivere sibi, id est, Deo; nobis mori mundo. Illis gaudere de suis bonis; nobis dolere de nostris malis. Illis læta corda; nobis contrita. Illis iustitiam; nobis pœnitentiam. Illis finem; nobis initium boni.

3. Confidenter dico, Angelos nullum à Deo percipisse munus maius, aut dignius, pretiosius, siue vtilius, & ideò optabilius, nec pulchrius,

Q 6

chrius,

chrius, charitate. Quis hoc intelligat, aut credat? *Deus enim charitas est.* Et ideò, qui maius aliquid, aut melius charitate habet, aliquid maius, aut melius Deo habet.

C A P. XIX.

*VERAM ANIMÆ PVL-
chritudinem in sola Ve-
ritate reperiri.*

I. **N**ullam rem cernis, quæ non in suo genere naturalem quandã pulchritudinem habeat, atque perfectionem. Quæ cum deest, aliquo imminuta modo, iure tibi displicet. Ut verbi gratia; si hominem naso truncatum

catum contingit videre, statim improbas. Sentis enim, quid ei desit, ad perfectionem naturalem humanæ naturæ. Ita est in omnibus rebus, usque ad folium vrticæ; vel cuiuslibet herbæ. Quis verò neget, humanam mentem naturalem quandam, ac propriam habere pulchritudinem, atque perfectionem? quæ utique in quantum adest ei, meritò approbatur: in quantum deest, iustè vituperatur. Huius itaque pulchritudinis, atque perfectionis, quantum tuæ menti desit, adiuuante Deo considera, atq; hoc improbare non cesses.

Q 7

2. Quæ

2. Quæ est ergo naturalis animæ pulchritudo? Deuotam esse erga Deū. Et quantum? ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus. Adhuc pertinet ad eandem pulchritudinem; benignam esse erga proximum. Quantum? vsq; ad mortem. Quod si hoc non fueris, cuius erit damnum? Dei quidē nullum: proximi fortasse aliquod; tuum autē sine dubio sumum: naturali enim pulchritudine, ac perfectione priuari, nulli rei non potest esse damnosum. Nam si rosa desistat rubere, vel liliū bene olere, damnum mihi quidem

nonnullū esse videbitur, voluptates huiuscemodi diligēti: Sed eis, id est, rosæ, vel lilio, multò maius, multòque infestius naturali ac propria pulchritudine viduatis.

3. Rationalis creaturæ vera perfectio est, vnamquamq; rem tanti habere, quanti habenda est. Nam pluris eā habere, errare est. Porrò omnes res naturaliter, aut supra ipsam, aut iuxta ipsam, aut infra est. Supra, Deus; iuxta, proximus; infra, cetera. Deū itaque tanti debet habere, quanti habendus est. Tanti verò habendus est, quantus est. Tanti autem, quantus est, habere.

habere eum nemo poterit, nisi quantus est nouerit. Sed quantus sit, non nisi à seipso nosci poterit perfectè. Quantum enim nostram eius essentia, tantum nostram eius de seipso vincit notitiâ. Vnde sicut essentiæ eius nostra collata, nihil est: ita notitiæ eius de se, si nostra comparetur, cæcitas, & ignorantia est. Sola igitur eius de se, perfecta, ac sibi æqualis notitia est. Vnde Dominus: *nemo nouit patrem, nisi Filius.* Sicut ergò sola eius de se sibi perfecta cognitio: ita sola eius de se æqualis, & par est ex toto dilectio. Solus quippe se, quia per-

perfectè, quantus est, nouit,
perfectè quantus est diligit.
Redi nunc ad illam defini-
tionem, quam in principio
posui. Subtilius enim inspe-
cta, non rationali creaturæ,
sed tantùm Deo conuenire
conuincitur. Nam vt cætera
taceantur; seipsum, sicut o-
stensum est, non nisi ipsemet
tantum ex toto, quantus est,
& nouit, & diligit. Quæ ergò
creaturæ rationalis perfectio
est; ea scilicet, vt omnia &
superiora, id est, Deum, & æ-
qualia, id est, proximum; &
inferiora, id est, spiritus bru-
tos, &c. tanti habeat, quanti
à se

à se, id est, à creaturâ rationali habenda sunt.

4. Quanti autem habenda sint, sic collige. Deo nihil præfertur, nihil æquatur, nihil pro mediâ, nihil pro tertiâ, vel pro quantâcûnque, vsque in infinitû, parte comparatur. Nihil ergò pluris, nihil tanti, nihil pro mediâ, vel pro quantâcûnque, in infinitum, parte habeat. Nihil plus, nil tantum, nil pro aliqua parte, ad comparationem illius diligat. Hinc ipse Dominus; *Dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota animâ tuâ, & ex omni mente tua, & ex omnibus*
viri.

viribus tuis; hoc est, nihil aliud ad fruendum, & ad innitendum diligas. Habes de superioribus: æquales autem naturaliter, id est, quantum ad naturam attinet, sunt omnes homines. Omnes itaque tanti habere debet, quanti se. Ergò sicut de superioribus, id est, de Deo, in dilectione, nec præferre, nec æquare, nec vllâ debet ex parte comparare: ita nec salutî cuiuslibet hominis. Et quicquid pro sempiternâ salute suâ, facere, vel pati debet, id ipsum totum facere, vel pati debet, pro sempiternâ salute cuiuslibet hominis. Hinc enim

nim

nim ait Dominus: *diliges proximum, sicut te ipsum.* Habes de medijs. Inferiora verò sunt, quæcunque post spiritum rationalem sunt; id est, sensualis vita, cõmunis cum pecoribus; & quæ vegetat corpus, communis cum herbis & arboribus; & substantia corporis, cum formis, & qualitatibus, cum metallis communis, & lapidibus. Sicut itaque nil plus, quàm superiora; nihil tantum, in cõparatione eorum, debet diligere: Ita nihil minoris, quàm inferiora; nihil tam parui, nil in cõparatione eorum, pro quantacunque, vsque in infinitum,

nitum, parte, vile debet habere. Et hoc est, quod scriptum est: *nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt.* Habes de inferioribus.

5. Habebit itaque talis superiora ad gaudium, æqualia ad consortium, inferiora ad seruitium. Deuotus erit ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum, Dei seruus, hominis socius, mundi dominus. Sub Deo constitutus, erga proximum non elatus, mundo non subditus. Redigens inferiora ad utilitatem mediorum; media ad honorem superiorum. Nec

R

im-


impius, nec blasphemus, nec
sacrilegus ad superiora: nec
elatus, nec inuidus, nec ira-
cundus, ad æqualia: Nec fu-
riosus, nec flagitiosus, ad in-
feriora. Nihil ab inferiori-
bus, nihil ab æqualibus, sed
totum à superioribus susci-
piens. A superioribus impres-
sus, inferiora imprimens: à
superioribus motus, inferio-
ra mouens: à superioribus af-
fectus, inferiora afficiens: Su-
periora sequens, inferiora
trahens: ab illis possessus, ista
possidens: ab illis in eorum
similitudinem redactus, ista
in sui similitudinē redigens.

6. Ad

6. Ad hanc perfectionem in hac vitâ tendimus, quam tamen non, nisi in futura, perfectè obtinebimus. Hanc tanto tunc plenius obtinebimus, quanto nunc feruentius affectamus. Nullus tunc erit motus in mente, nisi à Deo: nullus in corpore, nisi ab anima: atque ita nec in anima, nec in corpore vllus, nisi à Deo. Nec erit peccatum, id est, peruersitas voluntatis; nec poëna peccati, corruptio videlicet, & dolores, & interitus carnis. Nuda mens, nudæ adhærebit veritati, nullis verbis, nullis sacramentis,

R 2 nul-

nullis similitudinibus, vt ad
eam perueniat, indigens, aut
exemplis. Ibi enim non do-
cebit vir fratrem suum, di-
cens, *cognosce dominum: Om-
nes enim à minore vsq³ ad ma-
ximum scient me*, dicit Do-
minus: nam *omnes erunt
docibiles Dei.*



C A P. XX.

INCARNATVM DEI

Verbum, formam nostræ

pulchritudinis

esse.

I. **H**As virtutes, seu Iusti-
tiæ lineas, etiã nunc,
in hac mortali vita, si
valdè munda esset anima, per
semetipsam in ipsa veritate,
atque sapientia Dei videret.
Videret etiam non solùm se,
id est, animam humanã, im-
mortalem, atque æternam
fore; sed etiam carnem suam
talem in Resurrectione futu-
ram. Nam & eandem resur-

R 3

re-

rectionem ibidem, id est, in
Dei verbo & sapientia, clarè
conspiceret.

2. Sed quia hæc non pote-
rat, propter immunditiam
suam, addita est Verbo mens
humana, quæ ipsum Dei Ver-
bum plenissimè suscipiens,
eique omninò conformis, at-
que consimilis, eoque solo
tota, & ex toto impressa. Si-
cut scriptum est: *Pone me, si-
cut signaculum super cortinum.*
In eius itaque similitudinem
tota redacta, sicut ad sigilli
similitudinem cera redigitur,
ipsum nobis in se ipsa viden-
dum, sciendumque exhibe-
ret.

ret. Sed nos ita cæci eramus,
vt non solum Dei Verbum,
sed nec humanam animam
videre possemus. Idcirco ad-
ditum est etiam corpus hu-
manum. Pone enim hæc tria,
Dei Verbum, humanā men-
tem, corpus humanum. Si
primum bene videre posse-
mus, non indigeremus se-
cundo. Quod si saltem se-
cundum videremus, non in-
digeremus tertio. Sed quia
nec primum, nec secundum,
id est, nec Dei Verbum, nec
humanam mentem videre
poteramus, additum est ter-
tium, id est, corpus humanū.

R 4

At-

Atque ita *Verbum caro factū est, & habitauit nobiscum*, in exterioribus nostris: Ut vel sic nos introduceret aliquando ad interiora sua. Anima itaq; rationalis habens carnem, addita est Verbo, quæ per ipsam carnem, quicquid nobis docendis, & corrigendis, necessarium erat, doceret, faceret, pateretur.

3. In illa sola perfectissime fuerunt, quæ suprâ tractauimus; id est, deuotio ad Deum, benignitas ad proximū, sobrietas ad mundum. Nihil enim Deo prætulit, nihil æquauit, nihil pro parte aliqua

com-

comparauit, nihil pro quantacunque parte ad comparationem illius. Vnde ait: *Voluntatem eius*, id est, Patris, *facio semper*. Proximum verò perfectissimè dilexit, sicut seipsum. Nulli enim ex ijs, quæ infra, id est, infra rationalem mentem erant, pepercit, sed omnia ad vtilitatem proximi conuertit, & vitam; sed sensualem, & eam quæ carnem vegetat, & ipsam carnem. Nam & dolores pro nobis sustinuit acriores, & mortem, contra vitam vegetabilem, & vulnera contra ipsam carnem. Ad mundum autem
tan-

tantam sobrietatē, tantum-
 que habuit contemptum, vt
 non habuerit filius hominis,
 vbi saltem caput reclinaret
 suum. Nil ab inferioribus, ni-
 hil à medijs, sed totum à su-
 perioribus, id est, Dei Verbo,
 cui ad vnitatem personę con-
 iuncta est, suscepit. Non sa-
 cramentis, non verbis, non
 exemplis; sed Dei tantummo-
 do Verbi præsentia est docta,
 vt intelligeret; & accensa, vt
 amaret.

4. Per eam nobis ipsum
 Dei Verbum & sapientia tri-
 pliciter, id est, Sacramentis,
 verbis, & exemplis, quid a-
 gen-

Tranquillitate animi. 291

gendum, quid tolerandum,
& per quid esset, ostendit.
Non enim sequi homo debe-
bat, nisi Deum; nec poterat,
nisi hominem. Assumptus est
igitur homo, vt dum sequi-
tur, quem potest; sequatur &
quem debet. Item non pro-
derat conformari, nisi Deo,
ad cuius imaginē factus est;
nec poterat, nisi homini. Ita-
que Deus factus est homo; vt
dum conformatur homini,
cui potest; conformetur
& Deo, cui pro-
dest.

Cum facultate Superiorum.